Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad hoc uenit in mundum:
ut testimonium phibeam
ueritati. Omnis qui est ex
ueritate: audit uocem meam.
Dicit ei pilatus. Quid
est ueritas? Et cum hoc dixis
set: rursum exiuit ad iudeos
et dicit eis. Ego nullam
inuenio in eo causam.
Est autem consuetudo uobis:
ut unum dimittam uobis in
pascha. Iultis ergo di
mittam uobis regem iudeorum?
Clamauerunt rursum omnes
dicentes. Non hunc sed
barraban. Erat autem bar
rabas latro. Tunc ergo ap
prehendit pilatus ihm
et flagellauit: et milites
plectentes coronam de
spinis imposuerunt capiti
eius. et ueste purpurea
circumdederunt eum. et ue
ebant ad eum et dicebant.
Aue rex iudeorum. Et da
bant ei alapas. Exiuit
ergo rursum pilatus foras: et
dicit eis. Ecce adduco uobis
eum foras: ut cognoscatis
quia nullam in eo inuenio
causam. Exiuit ergo ihs
portans spineam coronam
et purpureum uestimentum:
et dicit eis pilatus. Ecce
ho. Cum ergo uidisset eum
pontifices et ministri: cla
mabant dicentes. Crucifige:
crucifige eum. Dicit eis pi
latus. Accipite eum uos
et crucifigite: ego enim no
inuenio in eo causam. Re
sponderunt iudei. Nos lege
habemus. et secundum legem debet
mori: quia filium dei se fecit.
Cum ergo audisset pilatus hoc
sermone magis timuit:
et ingressus est pretorium
iterum et dicit ad ihm. Un
de es tu? Ihs autem responsum no
dedit ei. Dicit ergo ei pilatus.
Mihi non loquis? Nescis
quia potestatem habeo crucifig
ere te. et potestatem habeo di
mittere te? Respondit ihs.
Non habes potestatem adversum
me ullam: nisi tibi datum esset
desuper. propterea qui me
tradidit tibi: maius peccatum habet.